



1. Melchioris Schmidij Diss. de Linguis sacris. 1685.
2. Joh. Bernh. Hahn Diss. de appellatione Linguae Hebraeae, quae dicitur Sancta. 1712.
3. Joh. Henri. Honel Diss. de vocis quam Hebraei vocant <sup>felix</sup>. 1673.
4. Valent. friderici Diss. de filia vocis. 1670.
5. Henri. Liedert Diss. de mandato scribendi novum testamentum. 1719.
6. Joh. Henri. Lypij Diss. de usu Linguae Syriacae. 1726.
7. ejusdem de historia Linguae Sanctae. 1726.
8. Mich. Ghercke Diss. de fama Graecae Linguae. 1716.
9. Joh. Bernh. Hahn Diss. exhibens decadem observationum philologicarum, e Literatura Graeca, Chr.
10. ejusdem, de appellatione Linguae Chrae. quae dicitur Sancta. 1715.
11. ejusdem, Diss. exhibens decadem observationum philologicarum e Literatura orientali. 1715.
12. Bernh. von Salden Diss. de Aora, 1709.



GEORGI HENRICI GOETZI, D. <sup>28</sup>

Superint. Lubecensis, <sup>29</sup>

Problema Theologicum:

NUM MARIA,  
FILIIUM DEI PA-  
RIENS, OBSTETRI-  
CIS OPERA FUERIT USA ?

Vel

Ob Maria den Sohn Gottes / mit  
Hülffe einer Weh = Mutter / ge-  
bohren habe ?

Ad D. XX. Januarii A. MDCCVII.

In placidi Colloqvii,

Præsente Reverendo Presbyterio,  
habendi, vicem  
propositum

JO. GEORGIO REINESIO,

Magdeburgensi,

Vocato Verbi Ministro ad D. Jacobi.

---

LUBECÆ, Typis Viduæ B. Schmalhertzii.

GEORGII HENRICI GORTAL D.  
 Superioris Liberealis  
 Problemata Theologica  
 NUM. MARIA  
 FILIUM DEL PA  
 RIENS. OBSERTI  
 OS OPERA FUERIT USA  
 AD. XX. Januarii. A. MDCCVII  
 in Pflandi Colloq.  
 Praesentis Reverendissimi Presbyterio  
 habendi, vicem  
 propositionum  
 JO. GEORGIO REINERIO  
 Magister  
 Votum Vniuersitatis ad D. J. J. J.  
 P. L. E. C. E., Typis Vitis B. Schmalzerianae







## PRÆFAMEN.



Elebravimus huc usq; *Nativitatis Dominice* Festivitatem, quæ admirandam & salutarem illam Filii DEI Missionem & ἐνοσίχθωνον fufius commemorat, atqve, quo pacto beneficia inde in nos redundantia, quæ magna omninò sunt, ac universo mortalium generi parta, vera fide recipere debeamus, instruit nos plenissimè ac cohortatur. A pietate itaque nostra haud alienum fore judicavimus, si sacris quoque Meditationibus, huic tempori accommodatis, indulgeremus, iisdemque tum animum DEo gratum, ac tantorum beneficiorum memorem, præstaremus, tum nos invicem ad diligens rerum sacrarum scrutinium adhortaremur. Variis autem ultrò sese offerentibus argumentis, quæ ingenium acuere, viresque exercere possunt, neque de Tempore aut Die (\*) Nativitatis Christi jam agere animum induximus, sed de

A 2

Modo

(\*) *De Mense, Die, hoc unum dicere possumus, non liquet, breviter quidem, sed rectè* judicat B. Dannhæverus in *Hodosoph. Phenom. II. X. p. 622. sq.* Et in *Memoriali Evangelico* p. 52. hæc affert. Was das special Welt, Jahr, Monat und Tag der Geburt Christi anlangt, darüber haben sich die Gelehrten Chronologisten noch nicht verglichen. Sie stimmen weniger zusammen, als die Glocken und Schlaguhren in einer grossen Stadt. Die Römische Kirche / als die Bibliothecaria der Christlichen Heiligthümer, hat übel Hauf gehalten, daß sie die Wissenschaft dieses Umstandes nicht besser verwahrt, und der poster tät zur Nachricht aufgemerckt. Daß wir jährlich im December auff diese Zeit an kalten Winter, da sonst die jarten Schaaff-Heerd bey der rauhen Nacht sich nicht pflügen aufzuhalten, dieses Fest begehen, geschicht aus der Römischen Kirchen Tradition, davon aber keine Gewisheit. Adatur idem Dannhæverus in *Dissers. Programmat.* apud B. D. Seb. Schmidium in *Mysterio Gratie Divina.*

p. 20. 177.



Modo ipsius partus, & num Maria, cum Filium DEI in hanc lucem ederet, obstetricis operâ fuerit usa, paucis disserere constituimus. Negari equidem nequit, non adeo accuratè & verbis disertis Scripturam Sacram quæstionem nostram expedivisse, atqve proinde Theologos in varias abiisse partes, ut, cuinam accedendum sit sententiæ, sciamus fermè cum ignarissimis. Quam difficultatem haud parum adaugere videntur quæstiones cognatæ, num Maria utero clauso, an vero aperto pepererit? & num partus doloris expertus fuerit aut plenus? quas nonnulli Doctores vel affirmant vel negant. Verum enim vero cum hoc argumentum non ipsius fidei ingrediatur substantiam, sed ad Articulum tantum secundarium spectet, & vel ignorari vel negari queat, neque nobis vitio versum iri confidimus, si illud, ceu Problema, exponamus nunc & pertractemus, ut, quid nobis circa istud videatur, rationibus suffulci probabilibus, & in ipsa Scriptura fundatis, indicemus, & nemini, qui in alteram partem disputare velit, succenseamus, sed unicuique liberum permittamus, cuinam parti accedere velit. Hac siquidem ratione nos officio nostro rite perfuncturos, atqve ab aliis veniam eò promptius impetraturos esse credimus, quo facilius aliorum acceptamus Meletemata, quæ similia Argumenta evolvunt, atqve, salva fide, in utramque partem disceptari possunt. Quemadmodum enim omnem Scepticismum ac Libertinismum in rebus, ad fidem salvificam primariò spectantibus, vel ei proxime accedentibus, serio detestamur, & novarum opinionum portenta procul abesse jubemus, rati, ingenui Theologi esse, sincerè & candidè sententiam suam proferre, nec transversum unquam à Scriptura Sacra & libris Symbolicis recedere; Ita contra omnem

p. 20. sqq. cum quo conferri merentur B. D. Jo. Ad. Scherzerus in *Programmat. Publ. Programmat. XXVI. p. 301. sqq.* Dn. D. Jo. Frid. Mayerus in *Dissert. Programmat. Quomodo quilibet anni Mensis gloriam nati Servatoris ambitiosè sibi asserat. Gryphus. 1701. propof.* Dn. D. Th. Ittigus in *Heptade Dissert. Lips. 1698. p. 386. sqq.* qui §. XV. asserit certis monumentis probari non posse, quod ritus Domini Natalem d. 25. Dec. celebrandi, ante quartum seculum in usu fuerit. Gisbertus Voëtius P. II. *Dissert. select. p. 1. sqq.* M. Jo. Valent. Grossebauer, in *Dissert. Histor. de Nativitate Salvatoris nostri, Cap. I. in Acad. Rostoch. propof.* & Dn. D. Dav. Henr. Koepkenii *isopsemea, Natalitiorum in Messia Memoriam ferias illustrantia, Rostoch. 1708.*



omnem libertatem circa ejusmodi asserta & quæstiones, quarum decisio in Sacra non legitur Scriptura, nec fidei analogiæ adversatur, adimere velle, audacis esse hominis, ac Dictaturam in Ecclesia sibi tribuentis, recte colligimus. In medio ergo ibimus tutissimi. Tu vero, DEUS OPTIME, nostris allabere cæptis, nosque in veritate tua sanctifica, quia Verbum tuum est veritas, Amen!

§. I. Dum itaque in eo sumus, ut diversas Doctorum sententias circa propositam Quæstionem placidè inter se conferamus, forsitan Lecturis rem minimè ingrâtam nos facturos esse auguramur, si pauca quædam ad illustrationem *Problematis*, in fronte *Dissertationis* indicati, attulerimus. De ipsâ autem Mariâ ut prolixum instituatam sermonem, nulla nos urgere videtur necessitas, præcipuè cum fabularum architecti mendaciorum plaustra de eâ circumferre soleant, atque in sacrâ Evangelistarum Historiâ pauca admodum de illâ legantur notata. Hoc tamen dissimulari nequit, *Mariam*, è semine Davidis oriundam, à Pontificiis nimio cultu in hodiernum usque diem excipi, eoque magis ignominia, quam debito honore affici. Leg. B. Scherzerus in *Programmat. Publ. Program. XXIII.* quod agit de *Redemptione & Meritis Mariæ*, p. 351. sqq. & Dn. D. Jo. Frid. Mayerus in *Theologiae Mariane Systemate*, Witteb. 1684. proposito. Quid nobis de illâ videatur, breviter nunc verbis Lutheri nostri, quæ in *P. 3. Postille Evangel.* p. 7. edit. Lips. 1679. leguntur, efferre placet. Im Pabsthum hat man die Mutter Maria allein gelobet und gerühmet. Wahr ist/sie ist Lobens-werth / und kan nimmer gnug gelobet und gerühmet werden. Denn die Ehre ist zu hoch und herrlich/ das sie für allen Weibern auf Erden dieses Kindleins Mutter ist. Doch sollen wir die Mutter also loben und preisen/ das wir uns dis Kindlein/das sie geböhren hat / aus den Augen und Herzen nicht hinweg reißen lassen / noch diesen Schak/ der uns geböhren ist/ geringer achten/ denn die Mutter. So man die Mutter lobet/ soll sie seyn ein Tröpfflein/ dagegen aber soll dies Kindlein seyn ein ganz weis Meer. Wann ja eins soll vergessen werden/ so ist besser / das wir der Mutter vergessen/ denn das wir des Kindleins vergessen solten/wie im Pabsthum geschehen ist/ da man des Kindleins gar vergessen / und der Mutter allein gedacht hat. Denn die Mutter ist uns nicht geböhren / sie hilfft uns nicht von Sünden und Todt. Sie hat uns wohl dis Kindlein und aller Welt Heyland geböhren / aber sie ist nicht selbst das Kindlein und Heyland. Darumb sollen



wir uns von der Mutter gewehnen / und an das Kindlein fest binden. Coe-  
 terum commendari hic meretur eximius ille libellus, Germanico  
 idiomate A. 1683. Ulma editus, qui, licet Autoris nomen non indicet,  
 à celebratissimo Theologo, B. D. Eliã Veelio, est adornatus, atqve hunc  
 in modum inscriptus: *Religio Mariana*, Das ist: Der Heil. und Hoch-  
 gebenedeyeten Jungfrau und Gottes-Gebährerin *Mariae*, Mütterlich-getreuer  
 Rath und heilsame Anweisung / wornach sich ein Mensch / der den Weg der  
 Seeligkeit unfehlbar treffen möchte / in Lehr und Leben zu richten habe. Denen  
 Evangelischen so wohl / als denen Römisch-Catholischen sehr nütz und erbaulich zu  
 lesen. Plura verò ad *Mariae* Historiam facientia dabunt B. D. Balth.  
 Meisnerus in *Christologia Sacrae Diss. XXIV.* M. Joh. Crausius in *Exercitiis*  
*Academico de Josepho & Mariã, Salvatoris Parentibus*, in *Acad. Jenens. A. 1667.*  
 instituto. Sed silentio hic prætermittimus, quæ vel de ejus *Sepultura*,  
 atqve *Reliquiis*, vel de *Epistolis*, quas exarasse dicitur, vulgè commemo-  
 rantur, remittentes Lectores harum rerum cupidos ad B. D. Jo. Meis-  
 neri *Dissert. de Sepultura B. Mariae, Wittch. 1662.* Dn. D. Jo. Frid. Mayeri  
*Dissert. de Conventu Apostolorum ad Mortem Mariae, Lips. 1671. & Eclogam Evan-*  
*gelicam ad Evangelium in Festo Visitat. Mariae, Gryphisw. 1704. Quæst. IV. p. 12. sqq.*  
 Dn. Thomæ Irtigii *Hoptadem Dissertat. p. 113. sqq. & Bibliothecam Patrum*  
*Apostolorum, p. 354. nec non Dn. Jo. Andr. Schmidii Pseudo-Novum Testa-*  
*mentum, Helmstadij 1699. p. 92. sqq. & Historiam Seculi primi, Fabulis Variorum*  
*maculatum, Helmst. ad j. 1700. propol. Cap. II. & III. ac Jo. Casp. Eberti in Er-*  
*öffneten Cabinet des Gelehrten Frauenzimmers / p. 239. sq.*

S. 2. Notanter autem de eâ diximus, quod *Filium DEi pepererit*.  
 Nam non nudum hominem, sed verum *Filium DEi*, ( *ὁ λόγος* ), qui hu-  
 manam naturam *in & ex Mariã* assumpsit, Matth. I. 20. Luc. I. 32. 35.  
 Gal. IV. 4. gestavit, inque hanc lucem partu felicissimo est enixa.  
 Quapropter dici meretur non *Χριστόν* sed *θεόν*, id quod ad-  
 versus Nestorium, Episcopum Constantinopolitanum, ambitione nulli  
 secundum, (vid. B. D. Joh. Guil. Bayeri *Dissert. de Ambitione, Hæresium*  
*Causa, Jenæ 1692. p. 15.*) notandum est, quippe qui unionem veram &  
 realem duarum in Christo Naturarum impugnavit, atqve communi-  
 cationem idiomatum negavit. Negavit enim, DEum esse passum,  
 hinc illud sæpius in ore habuit. *Noli gloriare, Judæe, non DEum, sed homi-*  
*nem crucifixisti.* Imò omnem cultum & virtutem vivificandi humanæ  
 Christi



Christi naturā abstulit, eamque tantum Instrumentum Nativitatis vocavit. Vid. præter Scriptores illos, in nuperâ *Dissertatione Porismatica de Theologiâ Elisabethæ*, p. 22. adductos, D. Balth. Meisneri *Christologie sacrae Diss. VII. de Nestorianismo*, Dn. D. Joh. Frid. Mayeri *Dissert. quæ DEum Bimestrem contra Nestorium ejusque Affeclas asserit*, in *Acad. Gryphisw. 1704.* M. Jo. Sim. Francus in *Dissert. Histor. de Nestorio*, in *Acad. Witteb. 1670. ventil.* M. Joh. Sartorius in *binis Meletematibus Historico-Ecclesiasticis, de Nestorio Hæresiarchâ*, in *Gymnasio Thoruniensi A. 1698. conscrip- tis*, B. D. Casp. Sagittarius in *Introduct. in Histor. Ecclesiast. p. 1087. sqq.*

§. 3. Ante verò quam ad modum hujus partus accessum faciamus, pauca tantum de *Obstetricibus* erunt præmittenda. Per *Obstetricem* autem intelligimus foeminam, quæ *Mariæ* parturienti opem tulit, & vel ordinariè hoc officio est defuncta, vel *extra ordinem* adfuit, eamque juvare haud detrectavit. Per sæpè enim contingere solet, ut, deficientibus ordinariis *Obstetricibus*, quas civitates alere solent, & in casu necessitatis, nocturno præsertim tempore, aliæ mulieres, haud imperitæ, partu laborantibus auxiliatrices manus præbeant, atque idem humanitatis officium præstent, quod ab ordinariis *Obstetricibus* aliàs proficisci solet & expectari. *Jura* illarum, quæ ad *Jurorum* subfellia pertinent, & à D. Jo. Georg. Simone in *pec. Dissertatione*, in *Acad. Jenensi A. 1671.* vindicata sunt, hic excutere nolumus, neque ea asserre attinet, quæ in *Medicorum* traduntur scholis, & *Obstetrices*, ut suam ritè exequantur officium, erudiunt. Ea enim hauriri possunt vel ex *D. Gorbos. Welschij* Libro *Seb. Zimmens-Buch*, dicto, vel ex *Jussine Sigismunda Dietrichie*, quæ in Aulâ Regiâ Prussiacâ *Obstetricis* munia administrat, Libro, eodem de argumento concinnato, & *Colonia 1690.* impresso, atque à Gratiofo *Medicorum Francofurtensium* Ordine valdè commendato. Vid. Jo. Caspar. Eberti *Eröffnetes Cabinet des Gelehrten Srauensimmers*, p. 129. Nec *Philologicas* asserre placet *Observationes*, quarum copiam nobis fecit erudita *Thomæ Bartholini Epistola* ad *Casp. Bartholinum* de *Puerperio Veteri*, *Lugduni Batavorum 1675. scripta.* De *Aegyptiacis* autem *Obstetricibus*, quarum sacra meminit historia, hoc reticere nequit, eas *DEum* timuisse, ac nullum planè peccatum commisisse, cum *Israeliticis* puerperis, earumque literis parcerent, ac illarum in pariendo promptitudine coram *Pharaone* se excusarent. Si enim peccassent,



câffent, quâ, quæfo, ratione DEus sanctissimus, qui omnes peccatores odio habet ac punit, eis tam cumulâtè benedixisset? Exod. I. 19. 20. 21. coll. *Dissertatione Academicâ de Falsiloquio licito*, quæ in *Acad. Lips.* sub Præsidio Dn. L. Ottonis Menckenij, hodiè Moral. Prof. Publ. A. 1667. ventilata est, §. 23. Et de *Obstetricum fidelium Baptismo*, ritè, adhibitâ aquâ & verbo, peracto, notari meretur, quod ille non debeat iterari, quin potius pro vero & legitimo sit habendus. Non enim ad eum, qui baptizavit, sed ad modum collati baptismi, est respiciendum. Vid. B. Scherzeri *Collegium Anti-Calvinianum*, p. 445. sqq. & *Systema Theologiae* p. 334. B. D. Balth. Bebelii *Dissertatio Theologica de Γυναικωβαπτισμω ratio, recto, nec iterando*, in *Acad. Argent.* A. 1679. def. & Dn. D. Christian. Lehmannus, noster in Ephoriâ Annamontanâ Antecessor, & nunc Ephoriæ Freibergensis Præsul longè gravissimus, in *Dissert. Synod. I. A. 1700.* ventilata, de *Baptismo in Casu Necessitatis*, *Observ. IV.* & in *Dissert. Synod. II. A. 1704.* habita, *Observ. X.*

§. 4. His autem præmissis, ad rem ipsam propiore nunc accedendum est pede. Quapropter, ut bonæ methodi simus memores, præcipuas Doctorum, in diversas hic abeuntium partes, sententias adducere, ac inter se conferre, maximè erit necessarium. Quidam enim eorum *directè* negant, puerperæ obstetricem adfuisse, quidam verò *indirectè* illud in dubium vocant, asserentes, Christum, utero clauso, fuisse prognatum. Hoc ipso enim docent, illam obstetricis operæ non fuisse indigam. Audiatur ergo è Doctoribus prisca Ecclesiæ, quos *Patres* vulgò appellare solemus, Hieronymus, Stridonensis Ecclesiæ Presbyter, in Libro adversus *Helvidium* scripto, T. II. *Opp. edit. Francof. 1684. f. 9.* ita loquens: *Polluatur cruore puerpera, obstetrices suscipiant parvulum vagientem; maritus lassam teneat uxorem. Sed abste, ut hoc de matre Salvatoris, & viro justo sit existimandum. Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularum sedulitas intercessit; ipsa pannis involvit infantem, ipsa & mater & obstetrix fuit. Idem tamen Scriptor in Epistola ad Eustachium de Custodiâ Virginitatis, exarata, T. I. *Opp. f. 96. b.* Christi Nativitatem doloris haud expertem fuisse, notat, hunc in modum scribens: *DEi Filii pro nostra salute hominis factus est filius. Novem mensibus in utero, ut nascatur, expectat, fastidia sustinet, cruentius egreditur, pannis involvitur, blanditiis delimitur, & ille pugillo mundum includens, præsepis continetur angustiis.* Quâ autem ratione hæc*

hæc



hæc inter se cohæreant, nostrum non est inquirere ac dijudicare. Hieronymi tamen sententiam, quæ negat, obstericem præsto fuisse, suo pariter calculo approbat Thomas Aquinas in Summe Theologie P. III. Quest. XXXV. Artic. VI. f. 72. edit. Colon. 1622. Hinc nemini mirum esse debet, Pontificios tantum non omnes in eadem esse sententia, atque Hieronymi insistere vestigiis. Ita enim Cornelius à Lapide in Comment. in Luc. f. 47. scribit: *B. Virgo uti concepit sine concupiscentiâ, ita peperit sine dolore, sine lassitudine, sine secundinorum fluxu & illuvie, aliisque sordibus partus, sine obsterice, ita Patres passim. Et f. 49. hæc commentatur: Ipsa Virgo Deipara, utpote alacris & vegeta, per partum non debilitata, nec in lecto decumbens, sed potius roborata, & pedibus consistens, parvulog, suo omnia non matris duntaxat, sed & obstericis ac ancille obsequia studiosissime impendens. Eius rei ergo verba Hieronymi modo adducta profert, ac tandem Cypriani testimonio, & libro de Cardinalibus Christi Operibus petito, concludit. Nec dissentit Jo. Maldonatus in Comment. in Evangel. T. II. f. 50. Mogunt. 1622. his verbis usus: Non solum falsa, sed etiam fabulosa, & ut suspicor, ex Rabbiniis nata opinio illa est, quam non modo in nescio quibus apocryphis libris, sed etiam apud Suidam nimis in hac re credulum auctorem lego, parienti Mariæ Obsterices affuisse. Acutius Ecclesiastici viderunt auctores, hoc ipso loco indicari, sine ullâ eam obstericis ope peperisse. Gregor. Nazianz. in Christo patiente, Cyprian. in serm. de Nativitate Christi, Gregor. Nyssen. Orat. de Resurrect. Christi, Hieronym. contra Helvidium, Fulgentius in serm. de laudibus Mariæ, & Bernhardus serm. 4. in vigiliis natalis Domini &c. Eadem fermè habet Cornelius Jansenius in Comment. in Concord. Evangel. Cap. VIII. f. 49. edit. Mogunt. 1624. Cum dicitur pannis involvisse & reclinasse in præsep, significatur, sine dolore omni & langvore peperisse, ut quæ sine libidine conceperat, nec aliquam ibi adfuisse obstericem, quæ genitum parvulum exciperet, quemadmodum apocryphi quidam libri mentiuntur. Neg, enim quod sine labore pareret, obstericibus aut nutricibus indigebat, sed ob pietatem eas volebat, atque ob paupertatem non habebat. In eadem ulterius est sententia Ad. Conzenius T. II. Comment. in Hist. Evangel. fol. 39. Mogunt. 1626. Pannis involvit, fasciavit, itaque nec solito more puerperarum infirmata est, nec obstericis obsequio usa, ut Greg. Nazianzenus observavit. A quâ non recedit Jo. Lorinus Comment. in Psalm T. I. f. 298, b. edit. Mogunt. 1678. Docet nos verbum extrahendi, nullum in partu dolorem, nullius obstericis operam intervenisse, ut disertè Cyprian. Zeno, Athanasius, Hieronym. Thomas. Eidem denique sub-*



scribit Card. Baronius *Annal. Ecclesiast. T. 1. f. 58. a. edit. Colon. 1624.* atque tum verba *Zenonis*, tum *Athanasii* adducit, quibus probat, nullius obstetricis operam fuisse adhibitam, illamque, quæ accedere voluit, obstetricem graviter fuisse punitam. Nec diversus est ab illa *Georgius Schererus* in *Exposit. Germ. Evangelior. f. 107. a.* *Maria* die werthe Mutter / wickelt selber ihr Kindlein in Windlein ein / und legt es selber in der Krippen / dann der Heb. Ammen und anderer Weiber Dienst ist unvonnöthet gewesen. E nostratibus huic favet *B. D. Balthasar Meisnerus* in *Philos. Sobr. P. 1. Sect. III. Quest. IX. p. 751.* hunc in modum scribens: *Nulla* (scilicet *Maria*) *opus habuit obstetricæ, sed adeo fuit firma sanæque, ut ipsa infantem in præsepe posuerit, fasciis involverit, & curam ipsius habuerit.* Quæ verba quoque adducta legimus in *Dissertatione Theologica, de Porta clausâ soli Jehovæ pervia, ad Ezech. c. 44. v. 2. in Acad. Witteb. A. 1693.* sub Præsidio *Dn. D. Jo. Deuschmanni, à M. Francisco Christophoro Mauero, Horneburgo-Brem. defensa §. 7.* Cum quo consentit *B. D. Conr. Dietericus* in *Analysi Evangelior. Dominical. p. 76.* *Ubi hic obstetricæ? Ubi obstetricæ ministræ & famulæ aliæ? Et B. D. Joh. Meisnerus* in *Diss. Theol. de Virginitate Mariæ in partu, Witteb. 1675. recusa, §. XVIII.* *Tempore partus nullas obstetrices adhibuit, sed quamprimum peperit filium, ipsamet cum pannis involvit, & reclinavit in præsepio.* Ut & *Christoph. Henr. Læberus* in *Explicat. Evangel. p. 94.* *Mater infantem involvit, muliercularum ministerio destituta.* Ex horum itaque Auctorum, qui nobis jam ad manus fuerunt, testimoniis luculenter satis colligiprobaturque posse credimus, à permultis asseri, Mariæ parturienti nullam adfuisse sæminam, præsentem manus obstetricas.

§. 5. Sed nunc audiendi quoque sunt illi, qui indirectè istud in dubium vocant, asserentes, *Mariam* tum alvo clausâ peperisse, tum nullos dolores in ipso partu sustinuisse. Ut itaque eos missos faciamus, qui negant, *Mariæ* obstetricium fuisse præstitum, ad eos tantum respiciemus, qui uterû *Mariæ* clausum fuisse, ac sine dolore eam peperisse, contendunt. Dum vero primo *Patrum & Veterum Ecclesiæ Doctorum* censuras asserere decrevimus, eas ex *Opusculo, Christiani Daumii, Cygneorum Philologi celeberrimi, quod Divorum Patrum Veterumque Ecclesiæ Doctorum aliquot Homilias ac Meditationes in Festum Nativitatis Christi* exhibet, ac *Cygnæe A. 1670.* prodiit, excerpere nobiscum constituimus. Ita vero *Zeno Veronenlis Serm. II, de Nativitate Christi, p. 64.* inquit:

Non



Non mater ejus tanti partus pondere exhausta totis pallens jacuit resoluta visceribus, non filius matris, aut suus, est ulli sordibus delibutus: neq. enim revera aliquid circa se habere posset immundum, qui humani generis peccata, sordes & maculas venerat mundaturus. Deniq. purgationes, quæ sunt raritate periculosa, nulla puerum maternorum viscerum profecuta sunt damna. Nulla adhibita rudi facta sueto mare fomenta. Et in *Serm. III. p. 65.* hæc leguntur: Parturit Maria non dolore, sed gaudio. Cui succinit Augustinus *Serm. VI. de Nativ. Christi, p. 80.* Hæc parit non dolore, sed gaudio. Prolixius autem differit Eusebius Gallicanus *Hom. II. de Nativ. Domini. p. 100.* Itaq. ad Evangelium recurramus: Miraculum illud, quod Evangelista protulit tempore resurrectionis, dignè mihi usurpemetiam tempore natiuitatis, cum Johanne dicendo: Venit Jesus januis clausis, & stetit in medio. Ecce jam nunc januis clausis processit in mundum, materni pudoris, signaculo minime resignato: simul illud impletur Propheticum Ezechielis oraculum: & porta erat clausa, & non est aperta, quia Dominus transiit per eam. Eadem nunc potentia mundi istius januam per partum inviolata matris intravit, quæ postmodum ad discipulos clausis foribus penetravit. Idem innuit Bruno Astensis in *Homil. de Die Natalis Domini p. 198.* Peperit beatissima Virgo, concipiens Virgo, & in aternum permanens Virgo. Clausa ante partum, clausa in partu, clausa post partum. Nec deest suo testimonio Goffridus, Vindocinensis Cœnobii Abbas, *Serm. IV. in Natali Domini p. 201.* ita differens: Hodie hortus conclusus ex illa porta processit, & in illam, & per illam fons manavit signatus. De qua Prophetia dicit: Est porta, qua non aperietur in domo domini, clausa. Hac porta templi, & templum Domini, est Maria beatissima & incomparabilis Virgo, de cujus utero ad nos venit Dei Patris imago. Quæ autem ratione hæc intellecta velit, paulò post *p. 203. sq.* clarius exponit: Quibusdam personæ ascribitur, quod matrem Domini & ante partum & post partum prædicant quidem virginem, sed portam ventris ejus apertam in suo partu, & post partum statim clausam fuisse satentur: quasi ad horam fuerit Virgo, & ad horam perdidit virginitatem. Insanum est hoc dicere, & credere profanum. Qui hoc dicit vel eredit, Spiritui Sancto contradicit. Non differetur veritatem, quam Spiritus Sanctus per Ezechielem Prophetam confitetur dicentem: Est porta in domo Domini clausa, & non aperietur. Ego autem in Spiritu Sancto firmiter credo, & indubitanter profiteor, & ad horam, & ante partum, & in partu, & post partum eam fuisse virginem, & peperisse in unâ personâ Deum & hominem, & sine carnis apertione, & sine corporis & animæ corruptione. Honorius denique Augustodun. *Serm. in Nativ. Domini p. 221.* adduci meretur: Illa nocte beata virgo sine dolore, & absq. sordè partum fudit, qui totum mundum pugillo concludit. Hæc sunt testimonia illa, quæ in *Homiliarum fasciculo*, cura laudati Daunii edito, nobis quærentibus sese obtulerunt. Plura vero invenire licet in Balth. Corderii *Catena Græcorum*.



Patrum in S. Lucam f. 37. sqq. edit. Antwerp. 1628, & in D. Georgii Wirthii, Medici Lipsiensis, Vita J. C. f. 28. sqq. edit. Francof. 1594. ac Leonis Allatii de Libr. Græc. Dissert. 2. p. 283. all. B. Dannhauero in *Hodosoph.* p. 714. Patres primitivæ Ecclesiæ insequuntur Doctores Pontificii, è quibus unum ac alterum hic sistimus: Ita enim Natal. Alexander in *Theol. Dogmat. & Moralis T. I. L. I. f. 78. b.* communi ferme nomine scribit: B. Mariam in partu Virginem fuisse, hoc est, intemerata virginitate, integro virginitatis sigillo, uteri sepe illæsis & irruptis, Christum DEum peperisse, ex traditione Patrum omnium constanti consensu firmata, Ecclesia Catholica proficitur. Quomodo igitur postea ex sepulchro clauso & obsignato egressus est, atque ad Discipulos clausis januis intravit, sic ex alvo materna sine ullo maternæ virginitatis detrimento editus est Jesus Christus. Qua in re præuentem habuit Hieron. Drexellium, T. II. Opp. f. 281. edit. Antwerp. 1660. hunc in modum commentantem: Peperit, sed modo admirabili ac plane miro, & quem ipsa obstupescat natura. Peperit ergo sine gemitu, sine dolore, qui in aliis parturientibus semper maximus. Recte beatissima Virgo sine dolore peperit, quia ubi voluptas, inquit Nyssenus, partum non antecedit, neque dolor subsequitur est. Peperit Virgo divina sine ullis omnino sordibus, neque enim secundas emisit, neque sanguinem, qui eas solet sequi, effudit. Assentitur Did. Stella in *Comment. in Lucam f. 90.* cum aliis ferme innumeris, quorum verba adducere super sedemus. Notratis vero Ecclesiæ Doctores ad tres ferme reducendi sunt classes. Quidam enim eorum, utero clauso ac nullius doloris gnaro, Mariam peperisse docent, quidam vero concedunt, eam quidem utero aperto & modo naturali DEi Filium enixam fuisse, alii propterea nullos plane persensisse dolores affirmant; Quidam denique & ad uterum apertum & ad dolores Mariæ insimul respiciunt. Priori sententiæ subscribunt Theologi S. 4. notati, quibus annuerandi sunt D. Casp. Erasmi Brochmandus in *Univerf. Theol. Syst. T. I. 844.* edit. Lips. 1638. D. Henr. Eckhardus in *Fasciculo Controvers. Calvin. p. 179.* Stephanus Furmannus in *Dissert. Theol. de Nativitate Jesu Christi*, quæ sub Præsidio M. Luca Bacmeisteri, SS. Theol. Profess. in Acad. Rosoch. A. 1642. prodiit, p. 43. sq. Theodor. Hackspanius in *Notar. Phil. Theol. in Dicta Script. S. P. III. p. 276.* Alteri sententiæ favet Lutherus in *notis T. VI. Opp. Altenb. f. 77. a.* scribens: Er ist außs allerreinst geböhren von der Jungfrauen/ ohne alle böse Lust und Begierde/ dazu ohne Wehe und Schmerz



gen/ denn da ist keine Ursache der Wehetage gewesen / so GOTT denen Weibern zur Straffe aufgelegt / weil das Kind nicht in Sünden / noch von einem Manne / sondern vom Heiligen Geist empfangen war. Uberius autem in *Postillis Ecclesiast. in Fest. Nativ. in Evangel. Luc. II. fol. 75. insequentibus verbis*, à B. Carpzovio in *Dissert. Sag. in Chemnitium p. 465. pariter adductis & laudatis, mentem suam explicuit: Wir sollen bey dem Evangelio bleiben/ das da sager/ sie habe ihn geböhren. Nun weiß man wohl/ was gebähren sey/ und wie es zugehe. Es ist ihr eben geschehen/ wie andern Weibern/ mit guter Vernunft/ und mit Zuthun ihrer Gliedmaß/ wie sich zu der Geburr ziemet/ auff daß sie seine rechte natürliche Mutter/ und er ihr rechter natürlicher Sohn wäre. Darumb hat ihr Leib seine natürliche Wercke nicht gelassen/ die zur Geburr gehören/ ohne daß sie ohne Sünde/ ohne Schande/ ohne Schmerzen/ und ohne Versehrung (scil. *Virginitalis*,) geböhren hat / wie sie auch ohne Sünde empfangen hat. Der Gluch Hevæ ist nicht über sie gangen/ der da laut : In Schmerzen soltu deine Kinder gebähren/ sonst ist ihr geschehen allerwege / wie einem gebährenden Weibe geschieht. Et post pauca. Wir können Christum nicht so tieff in die Natur und Fleisch ziehen/ es ist uns noch tröflicher. Darumb was noch minder die Gnade ist / soll man seiner und seiner Mutter Natur gar nicht ablegen / der Text stehet klar allda/ und spricht : Sie habe ihn geböhren. Cui accedit honoratissimus noster Præceptor, B. D. Jo. Bened. Carpzovius, in *Harmonia Evangelico-Biblica, p. 115. Es pfelet gar viel disputiret zu werden/ wie es mit der Geburr des HERRN Christi eigentlich zugegangen / ob ihm seine Mutter die Maria mit offenem oder verschlossenem Leibe zur Welt geböhren ? Allein die beyden / umb die Evangelische Kirche unsterblich verdiente Martini, Lutherus und Chemnitius, erinnern gar wohl/ der Heil. Geist habe die Geburr Christi mit fleiß schlecht und einfältig auffzeichnen lassen / damit man hierbey kein Wunder suchen/ sondern gläuben solte/ daß es mit seiner Geburr eben so/ wie mit eines andern Kindes bewandt gewesen. Et p. 118. de Mariæ Doloribus differit: Hier fragt sichs / ob die Maria ihr Kind IESUM mit oder ohne Schmerzen geböhren habe ? Die meisten Aufleger gehen dahin/ daß sie ihn mit Schmerzen geböhren habe/ und führen zur Behauptung ihrer Meinung dieses an/ daß bey ihr so wohl als bey andern Gebährerinnen die Mutter gebrochen worden / Luc. II. 23. Allein es ist wohl am besten / wenn man sagt/ sie habe ihn ohne Schmerzen zur Welt gebracht/ weil sie ihn durch Überkunfft des H. Geistes/ ohne Zuthuung eines Mannes/ empfangen / Luc. I. 35. Welche ohne**



Sünde gefchehene Empfängniß machet, daß die Geburt ohne Schmerzen abge-  
 gangen / allermaßen die Geburths-Schmerzen nach dem Falle als eine Straffe  
 der Sünden auff das Weibliche Geschlecht gekommen sind. Idem post D.  
 God. Cundisium in *Notis ad D. Hutleri Compend. Theol.* p. 182. affirmat  
 Christoph. Henr. Læberus in *Explicat. Evangel.* p. 92. *Peperit sine peccato &*  
*dolore, salvoq; virgineo pudore, modo tamen naturali* - - *Quod proinde apud*  
*Patres & Pontificios passim legitur, Christum natum esse clauso matris utero, sicut*  
*intravit ad discipulos clausis januis, & solis radii penetrant vitrum, id non simpli-*  
*citer imitandum. Maria virgo mansit & sine viro peperit, interim tamen, quod*  
*Christus alio prodierit modo, ac alia honesta matrona partum solent edere, id in*  
*scriptura non fundatur, sed potius contrarium. Tertiam denique senten-*  
 tiam suam faciunt post *Chevnitium & Menzerum*, quorum verba paulo  
 post dabimus, B. D. Jo. Försterus in *Theauri Catechetici Dec. III. ex Symbolo*  
*Apostol. Problem. VI. & im hohen Fest-Tage-Schreinlein / p. 20. sq.* B. D.  
 Wilh. Lyserus in *Disput. Catechetico-Posillarium Dec. I. de Nativitate Christi,*  
 §. 18. & in *System. Thetico-Exegetico*, p. 977. B. D. Jo. Hülsemannus in  
*Programmate Academico A. 1685. in Acad. Lips. scripto, ad quod B. Scherzerus*  
*in Syst. Theol. p. 180. provocat, & cuius summam in Colleg. Anti-Calvin.*  
*p. 64. sq. exhibet, eandem pariter sententiam docte acuteqve adstru-*  
 ens, B. D. Jo. Conr. Dannhauerus *P. V. Laet. Catech. p. 917. & in Memoriali*  
*Evangelico p. 53. quamvis negari neqveat, clarissimum hunc Theolo-*  
 gum in *Christosophia sua p. 36. & 216. prius iudicium suum circa hoc ἕτημα*  
 suspendisse. Addatur Dn. Misander s. M. Jo. Sam. Adami in *Delit.*  
*Biblic. A. 1694 p. 1212. sqq. cum B. Bakio in Evangelior. Exposit. p. 122. f.*

§. 6. Audivimus ergò Doctores qva Pontificios, qva Evangelico-  
 Lutheranos, ( ad Reformatos enim descendere jam non lubet ) atqve,  
 quomodo nostræ vel faveant, vel adversentur sententiæ, breviter  
 indicavimus. Nunc nostri censemus esse officii, ut propositum ar-  
 gumentum paulò uberius explicemus. Statuentes itaqve, haud im-  
 probabile esse, quod Maria obstetricis operam adhibuerit, minimè  
 gentium ad ea respicimus, quæ in *Protevangelio Jacobi*, de illa obste-  
 trice, quam Iosephus quasivit, & accersivit, commemorantur.  
 Illa enim ex scripto, putidis mendaciis referto, desumpta nullam  
 prorsus fidem mereri possunt. Neqve enim firmis ac indubitatis  
 evinci potest testimoniis, eo tempore, quo Filius DEI, ac promissus

sus



sus Messias, uterum Matris deseruit, præter ea, quæ D. Lucas commemoravit, contigisse miracula, ceu rectè notarunt Dn. D. Jo. Ad. Schmidius in *Historia Seculi primi, fabulis variorum maculata*, p. 21. sqq. & Dn. M. Jo. Mœbius in *Dissert. Histor. Critica, de Prodigis quibusdam, quæ annuñciasse dicuntur Nativitatem Christi, Salvatoris Nostri*, in *Acad. Lips. A. 1685.* defensâ. Ut non attingamus, Jacobi Protevangelium suppositiis scriptis à Viris egregiâ Doctrinâ conspicuis, esse annumeratum. Vid. Jo. Meelführeri *Vindic. Evangel. Dec. I. Disput. V. S. XXXI. p. 92.* Dn. D. Ittigius in *Heptade Dissertationum*, p. 118. sqq. & in *Dissert. Histor. Theol. de Guiljelmo Postello* in *Acad. Lips. A. 1704.* defensâ §. XXII. p. 30. sq. Dn. D. Jo. And. Schmidius in *Pseudo-Novo Testamento* p. 17. sqq. Guil. Cave in *Historiâ Literariâ Scriptor. Ecclesiast.* p. 9. Jo. Hoornbeckius in *Miscellaneis sacris* p. 231. L. Ellies Dupin in *T. I. Biblioth. Auctorum Ecclesiasticorum* p. 5. breviter ita judicans: *Nugarum & ineptiarum plenus est liber de Virginis Nativitate, Vita & partu.* Fusillime omnium autem de eo egit Dn. D. Jo. Albertus Fabricius in *Codice Apocrypho Novi Testamenti*, p. 40. sqq. qui non tantum rejecit hoc scriptum, sed etiam monet p. 108. in Decreto Gelasiano inter *Apocrypha* fuisse rejectum singularem illum librum de *S. Maria & obsterice*. Quia verò fabulas aniles recitasse est refutasse, forsitan haud abs re erit, si ea, quæ de obstetrice, à Josepho quæsitâ, narrantur, huc adscripserimus. Dabimus verò illa ex *Versione Postelli*, in laudati Dn. Fabricii *Codice* extante, p. 116. sqq. Exiens (scil. Josephus) perquirebat obstetricem Hebraam in regione Bethlehem. -- Et ecce mulier descendens à montanis, ait illi: Tibi, dico, o homo, quo vadis? Et ait: obstetricem quæro hebraam, & dixit illi: Ex Israel es tu? Atque illi: sic. Illa autem dixit: Et quæ est, quæ parit in speluncâ? Et ait illi: Quæ mihi est desponsata. Et ait illi: Nonne est uxor tua? dixitque Joseph: Non est mea uxor, sed est Maria, educata in sancto sanctorum, in templo Domini, & sorte obrigit mihi, & habet conceptum ex Spiritu Sancto. Dixitque illi obstetrix: Hocne verum est? Dixit ei: Veni & vide. Et abiit obstetrix cum ipso. Et stetit in conspectu speluncæ. Et ecce nubes lucida obumbrabat speluncam. Et dixit obstetrix: Magnificata est anima mea hodie, quia viderunt oculi mei stupenda, & Israeli salus nata est. Repente autem fuit nubes in speluncâ & lux magna, ita ut oculi nostri non ferrent: paulatim verò lux sese subduxit, quousque visus est infans, & accipiebat ubera ab ipsius Matre Maria. Et clamavit obstetrix, & ait: Magna mihi hodie dies est, quia vidi hoc spectaculum magnum. Exiitque obstetrix ex speluncâ, & obdixit illi Salome. Et dixit obstetrix ipsi Salome: Magnum tibi spectaculum habeo narrare: Virgo genuit, quem non capit natura ipsius (& virgo manet virgo) Dixitque Salome



lome : Vivit Dominus meus, nisi scrutata fuero naturam ejus, non credam, quod peperit. Et ingrediens obstetrix, dixit ipsi Maria: Reclina te ipsam, magnum enim tibi certamen incumbit. Cum autem in ipso loco palparit eam Salome, egressa est dicens: Va mihi impia & perfida, quoniam tentavi DEUM viventem. Et ecce manus mea (igne ardens) cecidit à me. Et flexit genua ad DEUM, & ait: DEUS Patrum nostrorum memento mei, quoniam semen Abrahami, & Isaac & Jacob sum. Et ne traducas me apud filios Israël, sed redde me Parentibus, Tu enim nosti, Domine, quod in nomine tuo (omnes) curas (& operationes meas) complebam, & mercedem meam abs te recipiebam. Et Angelus Domini adstetit dicens ad eam: (Salome! Salome!) audivit te Dominus, offer manum tuam puero, & gesta illum, erit enim tibi salus & gaudium. Et accessit Salome, & gestavit eum dicens: Adorabo ipsum, quia Rex magnus natus est in Israël. Et (gestatio puero) repente sanata est Salome, & exiit Obstetrix sselunca justificata. Ejusdem farinae pariter sunt ea, quæ ex Historia Lombardicâ modò adductus Misander l. c. p. 109. refert, cujus verba hic repetimus: Eine lächerliche Historie ist es / welche bey den Papisten in der Historia Lombardica de Nativitate Domini zu finden / die also lautet: Es habe heimlich Joseph 2. Wehe-Frauen / oder Heb-Ämnen erfodert / deren eine geiffen Zebel / die andere Salome. Als nun die Zebel befunden / daß Maria in der Geburt gleichwohl eine Jungfer blieben sey / so habe sie ausgeruffen: Virgo peperit; Eine Jungfrau hat geböhren! Die Salome aber habe solches nicht glauben wollen / deswegen solches zu erkundigen / Hand angeleget / darüber ihr also bald die Hand verdorret wäre. Doch habe ein Engel ihr angezeigt / sie solle nur das geböhrene Kindlein Maria anröhren / so würde ihre Hand wiederum gesund werden. Sed hæc nugas merito iis relinqvimus, qui illas vendiderunt.

§. 7. Ad alias ergò, easque graviores, rationes, nobis erit confugiendum. Nunquam autem eo adduci possumus, ut credamus, Mariam eò prolapsam fuisse temeritatis & audaciæ, ut, cum partus laboribus sese accinxisset, nullius planè fœminæ operam implorasset. Hoc siquidem modo ipsum DEUM tentasset, atq; peccato haud exiguo sese polluisset. Pii enim hominis est, mediis divinitus concessis uti, atq; ab ordinariâ viâ, quæ ipsi terenda est, non recedere. At, si Maria θεοτόκος, nullis planè promissis divinis, quod DEUS extraordinariè cum illa in partu agere vellet, instructa, hoc fecisset, omneque obstetricum vel aliarum fœminarum ministerium aversata fuisset, nonne DEUM irritasset, actionem temerariam aggressa fuisset, ac magno periculo sese exposuisset? Nec, credimus, ipsum Josephum, qui tunc temporis aderat, æquo animo laturum fuisse, si hac

ratione



ratione foetum edere voluisset. Liberos enim parere, omnium sane iudicio, res est periculi plenissima, hinc tot pie mulieres haud raro, licet magno obstetricum ac mulierum sapientissimarum stipatae sint numero, vel in partu vel post partum morte corripuntur, atque suo docent exemplo, haud temerarie hoc opus esse suscipiendum. *Gen. XXXV. 17. 18. 1. Sam. IV. 20.* Ut non attingamus, *Mariam* ab *Elisabeta*, quippe quam in viserat, procul omni dubio fuisse edoctam, ut pie & prudenter, appropinquante pariendi tempore, sese gereret, atque ea adjumenta quaereret, quae, salva pietate, implorare posset. Secura quidem erat à metu mortis, audito Angeli Evangelio, quod Filium DEI sit genitura, *Luc. 1. 31.* propterea tamen potuit circumspectè agere, ac ea adhibere media, quae in se erant licita. DEI promissum, per Angelum annunciatum, innuit singularem summi Numinis *benevolentiam*, *Mariae* autem studium, quod adhibuit in quaerenda obstetrice, declarat ejus *prudentiam*.

§. 8. Deinde verbis Evangelista, virginis partum describentis, strictè est inharendum. Ita verò *Lucas c. II. v. 6. 7.* breviter quidem, sed rotundè rem omnem, prout gesta, est, commemorat. *Εγένετο δὲ ἐν τῷ ἔναι αὐτῆς ἐκεί, ἐπληθύνον αἱ ἡμέραι τῆς τεκεῖν αὐτῆν. Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον.* Factum vero est, quum illi ibi essent, ut implerentur dies, ut illa pareret. Peperit itaque filium suum primogenitum. Quae verba B. D. Sebastianus Schmidius in *Germanica Paraphrasi* ita p. 789. reddidit: Es begab sich aber ans sonderbahrer Schickung Gottes / daß / als sie daselbst waren / die Zeit kam / daß sie gebähren solte nach dem gemeinen Lauff der Natur / welcher Ort auch in der Geburt seines Sohnes Raum und Statt gegeben hat. Und sie gebahr glücklich ihren ersten Sohn. Dum ergò ejusmodi utitur verbo, τὰ τεκεῖν, quod de aliis parturientibus *Luc. 1. 57. Job. XVI. 21.* usurpatur, quid, quæso, obstat, quo minus dicamus, usitato naturæ ordine Christum à matre suâ in hanc lucem fuisse editum. Quâ in re sectandum esse arbitramur Theologum nostrâ laude majorem, D. Martinum Chemnitium, in *Harmonia Evangelistarum T. I. Cap. VIII. f. 92.* venustè satis de hoc argumento differentem: Illud dignum est admiratione, quod Evangelista adeò simpliciter, & quidem tam paucis verbis prosequitur & absolvit illam partem historiae, quomodo filius DEI homo factus, ex *Mariâ* matre per *nativitatem* in hunc mundum progressus & natus sit. --- Et sane non his tantum (quod clauso utero prodierit) verum etiam majoribus miraculis Christum potuisse nasci, non est dubium. Sed



Lucas simpliciter utitur vulgaribus & usitatis vocabulis. (Impleti sunt dies, ut Maria pareret, & peperit filium suum) & videtur hoc ideo fecisse, ut ostenderet, non querenda esse præter scripturæ testimonia extraordinaria miracula in nativitate Christi: sed quæ naturali ratione post conceptum fatum in utero materno sequi, quæ in partu fieri, & partum comitari solent, cogitanda esse etiam de hac nativitate. Quæ verba exquisiti iudicii & præclaræ doctrinæ Theologo, D. Balthasari Menzero, haud displicuisse, sequentia, quæ T. II, Opp. Latin. p. 332. leguntur, satis superque probant: Fateor, plura esse & clariora testimonia, pro sententia negante, (non utero aperto, sed miraculoso modo in hanc lucem prodiisse) & iucundum est voci puræ Ecclesiæ communioni consentire; sed tamen improbare nolo pulcherrimam illam regulam, gravissimi Theologi, Dn. D. Martini Chemnitii, in aureo libro Harmoniæ Evangelicæ, (cui utinam addere summam manum, per DEi voluntatem, Vir tantus potuisset!) Non querenda esse præter &c. Ut ea non repetamus, quæ apud D. Jo. Gerhardum, magni nominis Theologum, T. I. LL. Theol. de Personâ & officio Christi, Cap. VI. §. 147. p. 695. edit. Jen. 1628. leguntur, atque Chemnitiana verba illustrant. Hoc itaque admissio, ac fundamenti loco posito, scilicet à verbis Evangelistæ, eodem modo Christi Nativitatem describentis, quo aliorum hominum ortus indicari solent, ac nulla planè miracula, in ipsâ Nativitate facta, commemorantis, non esse recedendum, haud immerito in eam devenire licet sententiam, Christum verè & naturaliter ex utero matris prodiisse. Quid attinet fingere miracula; tacente Scripturâ? quæ simpliciter. h. l. de Maria ait: *Et tunc peperit filium suum.* Quid vero sit parere, neminem, puto, præterit. Indè etiam Christus eorum legi, qui matricem aperuerant, se subiecit. Luc. II. 23. benè in hunc locum commentatur M. Christianus Schütz / Illustris Augustei, quod Leacopetra est, olim Inspector, in Annotationibus Philologicis ad Historiam Nativitatis Dominicæ ex Evangelio D. Luca, c. II. 1-14. Leacopetra 1678. impressis p. 10. Hinc rejicimus eorum sententiam, qui, notante Jo. de Sylveira in Comment. in Textum Evangel. Tom. I. p. 208. & B. Scherzero in Colleg. Anri-Calvin. p. 655. dicunt, Christum in corde fuisse conceptum, ac per umbilicum & ilia, vel per aliam corporis partem, exiisse. Disertè enim legitur, eam in utero (*ἐν κοιλίᾳ*) concepisse. Luc. I. 31. Hinc rectè Jo. Damascenus Lib. IV. Orthodoxa Fidei Cap. XV. f. 284. a. edit. Paris. 1604. scribit: *Conceptio quidem per aurem contingit. Procreatio autem per eam partem, quæ a fatum in lucem exire consueverunt & tametsi non desint, qui eum per DEi genitricis latus fluxisse fabulantur.* A proprietate itaque literæ si incauti recederemus, & miracula, nescientes quâ ducti curiositate, fingeremus, tunc fidei labefactaretur



fundamentum, deque nostra planè actum foret salute. Rectius ergò illi sibi consulunt, qui, verbis divini Codicis piâ simplicitate inhærentes, miracula præter necessitatem excogitare detrectant. Quapropter nobis haud temperare possumus, quo minus Excellentissimum *Dorscheum* in *Admirandorum Jesu Christi Septenario* p. 100. pulchrè & acutè loquentem hic audiamus: *Hoc est admirandum puerperium: quod an sine uteri apertura, sine doloribus, sine ejusmodi aliis, quibus onerata solet esse humana natiuitas, contigerit, frustra quaritur. Cur enim remouebimus ab hac genitura, quæ Scriptura non remouit. Est sanè relicta B. Virgini intemerata sua uirginitas. Sanctissima aeterni Opificis manus eam contaminare non potuit. Peperit tamen, uterum aperuit: sarcinam deposuit: alia exclusit, quæ partus sunt in utero fulcimenta & nutrimenta. Quid hic miracula fingamus, ubi simplicissimo communis sermonis velamento rem totam tegit diuina Scriptura. Est hoc sanè etiam mirandum, quod in primo ad terras Vestigio non caruerit Salvatore illis conatibus & laboribus, quibus ob primum peccatum parens cum partu premitur.* Excipiunt quidem aduersæ sententiæ Patroni, ex communi illo *pariendi* verbo, ab Evangelistâ adhibito, non posse desumi argumentum, cum Spir. S. in describendâ conceptione idem adhibeat verbum, quod de aliis usurpari solet, exinde tamen non seqvi, sciendi modum communem & naturalem extitisse. Verum *responsonem* ad hoc dubium facilè dare possumus (1) scilicet tamdiù vocem aliquam nativum suum significatum retinere, quamdiù contrarium scriptura non suggerat. Jam verò de Conceptione ipse Angelus disertè locutus est, quod quidem modo planè extraordinarium, veniente Spir. Sancto super illam, Maria sit conceptura, interim tamen (2) ipsum ortum ratione humanæ naturæ ei sit acceptum relaturus Filius DEi, quippe qui originem suam habuit ex substantia matris suæ. Est ergò uterus matris officina, in quâ Filius DEi humanam naturam assumpsit. Et hoc modo idem verbum hoc in loco adhibetur, non ad conuocandam paritatem conceptionis, sed ad indicandam substantiam humanam, quæ, cum conciperetur, in utero matris assumpsit, prout communi more infantes in utero carnis & anima redduntur composites. Quia ergò *Lucas* in describendâ Christi Natiuitate eodem verbo uti sœuit, quod aliàs exprimit reliquorum hominum ortum, neque ulla legitur restrictio, quæ ad extraordinarium egressum nos respicere jubeat, nec nobis vitio versum iri arbitramur, si, secundum ordinarium naturæ cursum Christi Natiuitatem factam fuisse, piè doceamus. Ordinariè autem puerperis obstetrices adesse, omnes habebimus consentientes. Hæc sanè sententia tutius adhiberi potest, quam illa commenta, quæ *Brigitta* fuerunt revelata, all.



Jo. de Sylveira l. 6. p. 208. modum partus ita enarrantia: *Tunc virgo genuflexa est cum magna reverentia, flectens se ad orientem, tenebat vero faciem ad caelum elevatam. Erat igitur manibus, & oculus in caelum intentis, stabat quasi in ecstasy contemplationis suspensa, inebriata divina dulcedine, & assis in oratione stante, vidit tunc moveri facientem in utero ejus, & illico in momento, & istu oculi peperit filium. O mira somnia!*

§. 9. Sed nec alia desunt Scripturae loca, quae nos in sententia recepta ulterius confirmant. Ipse enim Messias, Davidis ore loquens, profitetur, e matris utero se fuisse eductum. *Tu (tamen es) eductor meus ex utero: fiduciam mihi faciens super uberibus matris meae, Ps. XXII. 10.* Jam quæritur hic non immerito, quomodo DEUS eum eduxerit? Quamvis enim negare haud sustineamus, DEUM immediate eum extrahere potuisse, quemadmodum eadem ratione illum absque cibo alere ac sustentare ei fuisset integrum. Veruntamen quia modo consuevit uti, ac cibis ordinariis vesci placuit, nec a vero aberratum iri credimus, si dicamus, haud dissimili ratione DEUM cum illo egisse, cum in hanc prodiiisset lucem, atque adeo mediatè eum eduxisset. Illustrat mentem nostram docta expositio B. nostri Carpozovii, quæ in *Homiliis, Esaiam Evangelistam* exponentibus, legitur, atque his verbis *p. 113. sq.* concepta est. *Seine Mutter Maria hat ihn von der Zeit ihrer wunderbarsten und übernatürlichen Empfängniß an / ganz ordentlicher und natürlicher Weise unter ihrem Herzen getragen / wie Elisabeth und andere Mütter ihre Kinder / da er immer zugenommen und größer worden / biß die Zeit nach neun Monden um gewesen / daß sie ihn gebahren. Da hat ihn Gott aus seiner Mutter Leibe gezogen / Psal. XXII. 10. nicht unmittelbar / sondern vermittelst menschlicher Hülffe / wie er auch den David aus seiner Mutter Leibe gezogen / Psal. LXXX. 6. De prædicat quidem Filius DEI Patris sui benignitatem, quam à primis nativitatis annis expertus est, atque in hunc fermè modum DEUM & Patrem suum æternum compellare voluit: *Tu manibus tuis me prodeuntem ex utero infantulum, velut obstetric, suscepisti, & fidei tutelæque tuæ ab utero commissum habuisti, prout verba hæc paraphrastica suggestit B. D. Henricus Höpferus, Theologus Lipsiensis, in Prælect. in h. l. quas in Acad. Gryphico-Pomeranâ A. 1704. Dn. D. Jo. Frid. Mayerus in Colloquii Academici vicem proposuit, p. 24.* Verunt neque hæc laudis divinæ celebratio nostræ obstarè potest Assertioni. Est enim DEUS celebrandus ob beneficia, per homines quoque nobis præstita. Nam si obstetrices in juvenandis puerperis divino auxilio destituerentur, nonne, quæso, operam omnem & oleum perderent?*



PF. CXXXVII. 1. 2. Laudavit in verbis subsequētibz Patris cœlestis benignitatem & curam, sui ipsius causâ susceptam, quâ lacti pultiq; benedixit, propterea tamen indè non licebit inferre, Patrem *immediate* filium suum aluisse ac sustentasse, *Es. VII. 15.* Ea enim, quæ beneficio divino mediata nobis contingunt, pari ratione grato animo sunt excipienda, ac deprædicanda, ac si *immediate* fierent. Benè hinc in locum nostrum scribit *B. D. Paulus Laurentius*, Theologus Saxo-nico-Dresdensis, ac postea Misnensis, in *Homiliis*, quibus *Psalmum XXII.* illustravit, *A. 1608. editis, p. 135.* Daß aber der Herr Christus / da er ein Kind worden ist / mit Mutter-Milch hat können ernehret werden / daß davon sein Fleisch hat können zunehmen / daß seine knarpsichte schwache Glied-maß von solchem fluido alimento, so von geringer Speise haben erstarken können / daß ihm sein Pâppe wohl bekommen ist / daß sind lauter göttliche Wunder-Werke / spricht er / und dancket also dafür. *Paulus* deindè verbis disertis docet, Christum nobis κατὰ φύσιν factum fuisse similem. *Ebr. II. 17.* Quamvis enim, si modum Conceptionis ejus spectemus, factus nobis sit dissimilis, ne peccati contaminaretur labe, tamen, post factam Conceptionem, in omnibus paria nobiscum sustinere ac perpeti haud dedignatus est. Ab hac ergò universalitate, quam *Paulus* hic indicat, nobis non est deflectendum. Imò ipse Christus vocatur *masculus aperiens matricem, Luc. II. 23.* quod num solus, num vero ope aliarum fecerit, merito disceptatur. Nobis ita videtur, Christum aperuisse uterum matris, obstetricis opera haud destitutum.

§. 10. Hæc omnia verò, quæ hactenus asseruimus, minimè lædunt *Fidei analogiam.* Dum enim dicimus, Christum in omnibus nobis factum fuisse simillimum, atqve, cum nasceretur, in profundissimo Exinanitionis statu extitisse, imo defectus naturales inculpabiles in se suscepisse, quilibet indè colligere poterit, ea per nostram assertionem magis magisque confirmari illustrariq;. Quemadmodum enim reliqui infantes ordinariè gignuntur, adstantibz & opitulanti-bz obstetricibus, & in ipso partu permulta fastidia ac dolores sentiunt, ita DEi Filius ex Mariâ genitus, κατὰ φύσιν ea omnia in se suscepit, ut ostenderet, se nostrum esse fratrem, nostramq; miseriam non esse aversatū. Audiamus ejus rei ergò accuratissimū ac solidissimū Theologum, *D. Mart. Chemnitii*, in *Harm. Evang. l. c. p. 92.* ita docentem: Considerentur illa omnia, quæ in utero materno, futurè concepto, naturali ratione accidere, quæ in partu fieri solent. Et aliquo modo cogitari poterit, quanta fuerit in unigenito, in sebetiam appellis admiranda, quod filius DEI in assumpta sua humana

natid-





natura illa suffiquerit. Potuisset sane veram humanam naturam assumere, vel sicut Adam ex limo terra formatus est, vel sicut Eva ex latere Adæ adificata est, vel alia supernaturali ratione. Sed propter nos, ut miseram & immundam nostram naturam mundaret & sanctificaret, usque fratribus, excepto peccato, per omnia similis fieret, voluit illa, in sua nativitate, suslinere. Quibus opto In Fa sunt illa, quæ in Tract. de duabus Naturis in Christo, Cap. III, p. 39. edit. Lipsi. 1580. consignavit: Ut eo firmior esset consolatio, ad redemptionem hujus nostræ miseræ naturæ pertinere Incarnationem Filij Dei? Non voluit, sicut potuisset, vel ex nihilo creare, vel de limo terra formare, vel ex humana costâ adificare humanam, quam assumeret, naturam. Sed voluit concipi, in utero gestari, ex utero nascendo progredi, sicut habet nostrâ naturalis conceptio & nativitas, excepto per superventum Spiritus Sancti peccato, ut eo minus dubitaremus, esse carnem nobis consubstantialiam, & certi redderemur nostræ conceptioni, nativitati & toti naturæ nostræ reparandæ & salvandæ incarnationem Filij Dei impendî. Idem Cap. XVI, p. 212. denuo scribit: Indè aliquo modo estimari potest immensa humilitas Filij Dei, quæ carni suæ unitus, in ea uteretur & sustinuit & toleravit, (sicut Cyrillus loquitur in epistola synodica) conceptionem, uteri gestationem, nativitatem ex vulva, & quæ his naturaliter, excepto peccato, conjuncta sunt. Potuisset enim, conjuncta sunt. Potuisset enim, vel sicut in Adam ex pulvere terræ, vel sicut in Evâ ex costâ, vel ex osse aliquo absque naturæ aliæ conceptione & nativitate, sibi formare humanam naturam, & assumere. Sed voluit in propriâ suâ carne, in quâ tota divinitatis plenitudo habitabat corporaliter, illa omnia, quæ ad conceptionem & nativitatem pertinent, suslinere, ut nostram immundam conceptionem & corruptam nativitatem expiare: & sanctificaret, suâ illa conceptione & nativitate, quæ ipse Filius Dei in propriâ suâ carne, sicut nos, sed absque peccato, sustinuit. Hanc ergo fidei analogiam ut teneamus integrè & constanter, iplus argumenti suadet dignitas. Nostro autem asserit illam nullatenus everti, nobis est persvassimum.

§. II. Addimus & hoc, quod eximiam prorsus consolationem secum asserat. Nativitas enim illa per egressum (opitulante obstetricis manu factum) Verè fuit meritoria, ut sancti Anri. Calviniano p. 684. Hinc non solum solatium in infantes, sed etiam in ipsas puerperas redundat dulcissimum, quando considerant, Christum ab obstetrice fuisse educatum & exortum, & ipsam Mariam, DEiparam, ope obstetricis indignisse, Ideoq; sequentem in modum erigi possunt. Es sollen sich Christliche Eltern trösten der Geburt Christi, und derselben lassen. Solts aber über verhoffen anders als wohl zugehen, daß das Kindlein erren. Denn das Gnadenreiche Marien Kindlein/ Jesus Christus, ist alsbald von Mutterleibe an unser und unser Kinder wahrer Heyland worden: Er hats auch selbst erfahren, wie gefährlich es umb ein Kindlein in der Geburt siehet/ ja weil er von Ewigkeit her gesehen, in was Geburts Noth ein solch Kindlein gerathen würde: so hat er auch von Ewigkeit her auf Mittel und Wege gedacht/ wie ein solch armes Würmlein bey seiner Seelen Seeligkeit mögen durch den erhalten werden. Schwangere Matronen und kreisende Mütterlein sollen ihnen aus der Geburt Christi ein fein gelindes Bißch, Lichlein machen/ damit sie ihren kalten Angstschweiß/ in ihrer schmerzlichen Geburts Arbeit fein säuberlich sollen und können abwischen, und sich trösten, das heilige seelige Christi Kindlein hat auch in seiner Geburt/ ihren ängstlichen Geburtsstand geheiliget/ ja er hats auch selbst erfahren und angesehen, wie ein Kindlein



heiligen Geburt/ mit seiner allmächtigen Hand hindurch helfen/ damit auch dieselbe mit der Zeit/ wie er / aus dem 21. Psalme rühret und sagen können : Du hast mich aus meiner Mutter Leibe gezogen/ ut verbis utamur D. Joh. Försteri Theologi, primum Wittebergenfis, ac postea Islebienfis, in *Concionibus Festival. s. Zohen Festtags, Schreimlein, p. 20. 21.* Admisso ergo hoc, Mariam cum primogenito suo dolores sensisse, ultro sequitur, nec obstetricem ipsi defuisse, quæ eam juvaret, ac dolores mitigaret.

§. 12. Ut igitur ea, quæ jam factus deduximus, in compendium mittamus, sequentem proferre liceat Syllogismum. Quæ sententia Mariam à tenentate absolvit *τῷ πῶτῳ* Verborum Scriptoris, Nativitatem Christi describentis, inhaeret, ac nulla miracula fingit, è scriptorâ sacrâ illustrari potest, & Fidei Analogiæ non adversatur, ac præterea dulcissimam affert consolationem, illa, ut probabilis, est toleranda. Atqui hæc nostrâ sententia, qua assertitur, Mariam, Filium DEi parientem, obstetricis operâ fuisse usam, est talis, Ergo, Minoris veritatem per singula membra probavimus, firmiter nobis persuasi, assertum hoc nostrum firmiore stare tulo, quam si cum Pontificiis dicamus, eam Angelorum ministerio fuisse fruitam, eosq; Jesum ex utero matris nascendo progressum excepisse. Ita enim Corn. à Lapide *Comment. in h. l. f. 48.* scribit: *Pientius & sublimius Franc. Suarez opinatur, Christum mox, ut natus est, ab angelis in brachia matris sanctissima & amantissima fuisse depositum.* Nam si hoc à sanctis factum fuisset Angelis, sur Scriptor *θεογενεως* istud non commemoravit, qui perquam diligenter cuncta annotavit, quæ ab Angelis, post Christi nativitatem, fuerunt peracta? Verum, commentitiis fabellis animum pacere solent illi, qui verbo DEi non sunt contenti, ac Mariam plus justo honorant.

§. 13. Videntur tamen quædam dictis nostris obflare, quæ ut paucis adhuc removeamus, argumenti exposcere videtur dignitas. Excipiunt itaq; adversæ sententia Fautores (1.) Mariam statim post partum editum infantem in præsepi reclinasse, *Luc. 11. 7.* quod facere non potuisset, si partus doloribus fuisset infirmata, vel obstetricem prælo habuisset; (2.) eam *Bethlehemi* peperisse, cum magnus ibidem hominum concursus esset, vix ac ne vix obstetrix quæri potuisset, atq; Maria in summa vixisset paupertate. (3.) Mariæ Virginitatem hoc modo valde lædi, (4.) Patrumq; Autoritatem everti, ac (5.) Calviniana principia adoptari. Verum hisce Exceptionibus parata est facilis responsio. Ad (1.) ergo dicimus, non negari, de Maria dici, quod recens natum primogenitum in præsepe posuerit, verum hoc *mediatè* fieri potuit per obstetricem, cui in mandatis dederat, ut hoc modo curam infantis haberet, ac locum, in quo tutò quiesceret, ipsi exquireret. De *Vilao* relato legitur, quod Christum flagellaverit. *Joh. XIX. 1.* Equis verò non novit, mediatè illam flagellationem fuisse peractam? Et posito, ipsam Mariam filium suum præsepio imposituisse, inde tamen non sequitur, eam propterea omni caruisse vel obstetricæ, vel nullos expertam fuisse dolores. Non omnes enim puerperæ, licet dolorum acerbitatem expertæ fuerint, ita debilitantur, ut non possint infantes curare, eisq; benè prospicere. Quid enim divites mulieres facere recusant, id contrâ pauperes fœminæ eò promptius in se suscipiunt. *Noth und Liebe haben kein Gebot.* (2.) reponi potest, magnam hospitium frequentiam tantum probare, quod in diversorio filium parere non licuerit, sed in stabulo hunc laborem in se suscipere debuerit. Quis verò inde concludere vellet, obstetricem propterea non potuisse quæri aut inveniri? Ergone è iis in locis, ubi magna datur hominum copia, obstetrices vel alia honestæ fœminæ indagari nequeunt? Et licet paupertate oppressa fuerit nostra, propterea tamen omnis opera ab obstetricæ expectanda ipsi denegari nequit. *Auch armen Weibern müßten die Wehe. Mütter beystehen.* (3.) censemus, Virgini.





ginitatem Mariæ planè non everti. Hinc docemus, nos *fide divinâ* credere, Mariam *ante partum* & *in partu* fuisse virginem, *Es. VII. 14. Matth. I. 18. Luc. I. 34.* sed quod *post partum* virgo permanferit, *fide humanâ* credimus, ob consensum Antiquitatis Ecclesiasticae. Quapropter asserimus, Mariam peperisse *μεωτότοκον*, seu *μονότοκον*, ac nullos alios liberos cum fuisse insecutos. Virginitas autem ejus facta testaq; permanfit, quia *Virginitatem non cognovit*. Latio enim Virginitatis fit per libidinem & virilem ingressum seu congressum, non verò per *setus egressum*; alias enim sequeretur, gravidas foeminas, quæ primùm conceperunt, toto gestationis tempore usq; ad partum manere Virgines, vel steriles foeminas adhuc esse virgines. Vid. B. Scherzeri *Systema Theol. p. 180. & Colleg. Anri-Calvin. p. 653. sq.* Quia ergò Maria Virum non admisit, ideoq; Virginitatem quoq; salvam habuit, licet postea pepererit. Peperit quidem modo ordinario, sed non concepit modo ordinario, hinc quoq; permanfit virgo. Nostræ quidem foeminae partentes sibi testimonium perhibent, quod Virum admisserint & virginitatem perdiderint, sed idem de *Deiparâ* pronunciari haud potest. (4.) Patrum Autoritatem quod spectat, respondemus cum B. Chemnitio ex *Harm. Evangel. l. c. p. 93.* *Hæc non malo forsân animo excogitata sunt, quia judicatum est, talem abjectam & obscuram nativitatem, sicut à Lucâ describitur, indignam esse Majestate Filij DEI, sed cogitandum erat illud, Lucerna pedibus meis Ses bunt unum. Omnino enim etiam ad nativitatem Christi pertinet, quod Paulus dicit: cum in formâ DEI esset, exinanivit semet ipsum, forma servi sumta. Addit & hoc, Patres nonnullos, quo majorem gloriam Mariæ vindicarent & assererent, atq; Virginitatis ejus hostes confutarent, eo devenisse, ut dicerent, illam utero clauso & sine obsterice peperisse. Sed hi boni Viri vel nimium rhetorici sunt, vel statim Exinanitionis Christi non adeo dextrè explicuerunt. Si verò eorum autoritate pugnandum foret, forsân nec nobis desset in contrarium producendi. Vid. SIXTUS SENENSIS *Bibl. S. L. VI. Annot. CXXXIII. p. 606. sq.* Jo. Lorinus *Comment. in Ps. T. I. f. 293.* Scherzerus *l. c. p. 180. & in Colleg. Anri Calv. p. 653.* Dn. D. Casp. Læscherus in *Amanitat. Evangel. p. 19.* & Joh. Hoornbeckius in *Miscell. sacris p. 127.* (5.) Deniq; censemus, Calvinianos, negantes, Christi carni idiomata divina, vi unionis personalis, communicata fuisse, nullum inde reportare præsidium, *Calviniani* enim, verba B. Scherzeri *de Syst. Theol. p. 181.* nostra facimus, *aperto utero prodisse ideo docent, quod clauso, ob negatam idiomatum communicationem, prodire non potuerit.* At nos *communicationem* idiomatum, adeoq; possibilem etiam clauso utero transivimus asserimus.*

§. 14. Hæc ergò pia sunt Cogitata mentis nostræ, quæ circa hoc *Problema* eloqui volumus, non dubitantes, fore, ut *Leæores*, quos exoptamus, ingenui, ea æqui boniq; consulant, vel, si quid rectius istis norint, candide impertiant. Cæterùm hoc in votis unice habemus, ut magnos fructus ex *Trabestatione Dominicâ* quotidiana pietate in nos derivare possimus. Illi verò sunt *Salus nostra aeterna, Gaudium magnum spirituale. Pax cum DEO, cum Angelis, & cum nostro corde, & cum Homnibus* ευδοκία, prout eos notavit B. Feurbornius in *Opp. Theol. p. 1667.* Honoretur autem, sic verbis Leonis Magni è *Serm. IX. de Nativ. Christi, p. m. 24. edit. Paris 1671.* finimus, *in infantia sua Dominus, nec ad Deitatis referantur injuriarum exordia & incrementa corporis ea, quoniam natura incommoda illi nec addidit aliquid nostra natura nec minuit, sed qui in similitudinem carnis peccati dignatus est hominibus esse conformis, in unitate Deitatis Patri permanet aequalis, cum quo & Spiritu Sancto vivit & regnat in secula seculorum!* A M E N.

P. 6. lin. antepen. leg. gloriari P. 7. lin. 1 leg. instrumentum Divinitatis



00 A 6445

ULB Halle

002 937 573

3



5b.


12

1017


HL 96.











28  
29

GEORGI HENRICI GOETZL, D.  
Superint. Lubecensis,  
Problema Theologicum:  
NUM MARIA,  
FILIIUM DEI PA-  
RIENS, OBSTETRI-  
CIS OPERA FUERIT USA ?

Vel

Ob Maria den Sohn Gottes / mit  
Hülffe einer Weh- Mutter / ge-  
bohren habe ?

Ad D. XX. Januarii A. MDCCVII.

In placidi Colloqvii,

Præsente Reverendo Presbyterio,  
habendi, vicem  
propositum

JO. GEORGIO REINESIO,

Magdeburgensi,

Vocato Verbi Ministro ad D. Jacobi.

LUBECÆ, Typis Viduæ B. Schmalhertzii.